

lingue comminuit ossa. Pena
 huius est iudicium de quo dicitur **Mat.**
xxvi Omnis qui accepit gladium gla
 dio pibit. Iste autem gladius facit
 damnatis triplicem mortem. inquit illud
Ezech. xi. Duplex autem gladius ne
 cat damnatos. Prima mors erit
 quod cremabuntur igne inextinguibili
 bili. et ista erit mala. Secunda mors
 erit quod a sanctorum consortio sepabun
 tur. et ista erit peior. Tercia erit
 quod visione dei priuabuntur. et ista e
 rit pessima. **Mat. xiiij.** Exhibunt an
 geli et sepabunt malos de medio
 iustorum. Istud respicit separationem
 a consortio beatorum. et mittent in ca
 minum ignis. Istud respicit ignis
 inextinguibilis cruciamentum. Ibi
 erit fletus et stridor dentium. Istud
 respicit diuine visionis perpetuum
 damnatum. Visio enim dei letificat. et in
 amore inflammat. Et quod damnati
 visione dei carebunt: ideo spiritus fle
 bunt. et spiritus dentibus strident.

Sermo tertius eiusdem.

Offers munus tuum ante
 altare et ibi concordatus fu
 eris. **Cum** in omni tempore nostro
 deum attendere. scilicet honorem dei
 edificationem proximi et meritum nostrum
 deus tunc est tante bonitatis quod plus
 nostram respicit utilitatem et proximi
 edificationem quam suum honorem. Offer
 re enim munus ab altare pertinet ad ho
 norem dei. Sed qui illud officium fa
 cit cum ob id proximo non habet meritum

222
 sed scandalizat proximum. Vult ergo de
 us non ut premitat suum honorem
 sed ut sit primo reconciliatus et me
 ritoria offerat oblationem. **Crifof.**
 Vide misericordiam dei quam plus respicit ad
 hominum utilitatem quam ad suum honorem
 Plus enim diligit concordiam fidelium
 quam munera sua. dicit ergo. Si offers
 munus tunc. Respondum autem quod qua
 druplex est munus. scilicet a corde. ab ore
 a manu et ab obsequio. Munus
 a corde est munus amoris quod in tantum
 deo est acceptum ut sine illo nul
 lum aliud munus sibi placeat. Nichil
 enim deo offerre verba nostra per
 gratiarum actionem. corpora nostra per mor
 tificationem. res nostras per elemosinam
 largitionem. nisi sibi offeramus cor
 da nostra per amorem. Istud patet
Luc. xiiij. in phariseo qui videbat
 verba sua offerre deo gratias referre
 deo. d. Gratias tibi ago. Corpore su
 um ieiunijs mortificatione. d. ieiuno
 bis in sabbo. res suas ministris
 dei largiendo. d. Decimas deo omni
 que possideo. Sed nichil sibi profu
 it. quod non offerebat deo cor suum
 ipsum. scilicet et proximum diligendo.
 Non tantum deum diligere poterat
 qui omnes proximos contempsit. d.
 Non sicut ceteri hominum raptores
 accipit. Altare dei super quod debemus
 offerre munus amoris est altitu
 do trinitatis de qua dicitur **Exo.**
xx. Non ascendes per gradus ad al
 tare meum: ne reueletur turpitu
 do tua. In trinitate enim sunt gra
 dus fidei ut patet maior sit filio.